

observare volenti. me predicto notario ipsi pro parte Regie curie. et omnium aliorum quorum Interest. sollepniter et legitime stipulantium. que pena totiens commutatur. et exigitur. quotiens contra fiet. et pena ipsa soluta et nondum soluta. predicta nichilominus in suo Robore perseverent. Sunt autem predictæ terre. in territorio olim canarum nunc communes cum Barolo. ultra flumen Aufidi. una quarum videlicet. est prope vadum Carrarum iuxta predictum flumen Aufidi. iuxta terram theotonicorum. iuxta viam que vadit ad cideniolam. Alia vero petiola terre est in yscle. iuxta terram domus hospitalis santi Iohannis. A. duabus partibus. iuxta terram Bonelli. filii quondam Henrici Bonelli. iuxta terram Nicolecti. qui fuit quondam pascalis de umfredo fratris sui. et iuxta terram Malgerii de umfredo. que fuit Marci de elefanto. Et Reliqua peciola terre. est in eodem loco yscle et iuxta terram domus theotonicorum. iuxta terram predictæ domus hospitalis. iuxta terram que fuit olim Santi Stephani de columpna. et nunc est predictorum theotonicorum. iuxta terram predicti Bonelli. In cuius rei testimonium *etc.* Quod scripsi Ego predictus albericus puplicus Baroli notarius qui predictis Rogatus Interfui et meo solito signo signavi. (*Segue il segno*).

† Bartholomeus q. s. Iudex. (*Segno*).

† Iohannes de protomagistro puplicus Baroli notarius testatur.

† Iohannes de Cantore puplicus Baroli notarius t.

† Angelus de Flore puplicus Baroli notarius testatur.

† Arimagnus puplicus Baroli notarius testatur.